



## **Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum**

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

**Gruterus, Janus**

**Francoforti, 1614**

XXVII. Episcopi Warmienses.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64659)

Rupertus Palatinus Rheni electus est Episcopus post mortem Sixti, sed quia nimis iuuenis adhuc erat, dispensatione papali Episcopatus Philippo fratri eius seniori anno 1499. est collatus. Rupertus autem accepit uxorem filiam Georgii ducis Ducis Bauariae. Praefuitq; Philippus Episcopatus usq; ad annum Christi 1540. Factus est quoque idem anno 1517. Episcopus Naumburgensis in Misnia.

Henricus Comes Palatinus, administrator diocesis Vormaciensis, & Praepositus Elvvangensis, post Philippi fratris mortem factus est Episcopus Frisingensis, quibus hoc tempore quando haec scribo Episcopatus praesidet.



## E P I S C O P I VVARMIIENSES EX BO- RVSSIA SCHVTZENIL.

## I.

**A**nshelmus Frater Ordinis Teutonici, factus postea Franciscanus monachus, & à Papa Innocentio IV. ad Infideles Christo lucrandos in Borussia missus, vbi & Episcopus electus est, anno 1243. Sedem habuit Braunsbergæ; inde factum est, vt Episcopi Braunsbergenses decerentur. Fundavit ibi templum S. Andreae anno 1260. ibiq; sedecim Canonicos & quatuor Praelaturas instituit. Sed vrbe ab Infidelibus vastata & direpta, Elbingam contulit, vbi grandæuus decessit, in arcis templo sepultus.

## II.

Henricus Decanus Braunsbergensis urbem restauravit, Vvormbdiram & Gutstat ædificavit. Huius tempore Frauenburgicum templum erectum. Nomen traxit vel à Matre, cuius honori consecratum; vel à Fundante, viduâ, Zoupnâ nomine, antiquæ ac nobilis apud Borussos prosapia. Mortuus anno 1300. 15. Julii, in summo templo ante altare sepultus.

III.

Eberhardus Canonicus Frauenburgi Heilsbergam ædificavit, & Gutstat muro circumdedit. Eius temporibus Collegium Canonicorum Meelsaccum exstructum est. Mortuus anno 1320. 28. Maii, Frauenburgi sepultus.

IV.

Jordanus Canonicus Frauenburgic<sup>us</sup>, Heilsbergæ mortuus, Frauenburgi sepultus anno 1329. 25. Nouembr.

V.

Henricus Vvagenap Borussus Regiomontanus, Canonicus Frauenburgicus, mortuus anno 1334. 9. April. sepultus Frauenburgi.

Post hunc sedes vacavit per annos quatuor, duobus in Curia Romana inter se de dignitate contendentibus.

VI.

Hermannus Baro de Liebenstein ex Moraviâ, vel, ut alii, Praga oriundus, Juris Vtriusq; Doctor, Regis Bohemæ Consiliarius, & in aula Pontificia Curia Auditor, à Papa Benedicto XII. inauguratus anno 1338. Ædificavit novam civitatem Braunsbergam, Seeburgum, & Bilschoffstein. Mortuus noctu Calendis Januarii, anno 1550. Frauenburgi sepultus. Huius temporibus bona Episcopatus diuisa sunt.

Hic interponuntur ab aliquibus alii duo, Fridericus tempe & Hermannus.

VII.

Joannes de Misena, Decanus & Canonicus Frauenburgicus, qui fundamenta arcis Heilsbergensis primus jecit, ut

& ceterarum Reselæ & Seeburgi ex materia lignea  
excitatarum. Etiam Collegium Canonicorum Allen  
ædificauit. Mortu<sup>9</sup> an. 1355. 30. Jul. Frauenburgi sepultus  
VIII.

Joannes Steiffrock Lipsiensis, Canonicus Frauenburgi  
qui Vvartenburgum ædificauit, deiectus Episcopatu  
Magnum Magistrum, Vvinnicum de Kniprode: quam  
causam Auenione coram Pontifice annos 4. causam  
egit, cumq; quod petebat obtinisset, tres lententias  
formes contra Magnum Magistrum exhibendo, non  
multo post mortuus est Auenione die Ægidii, anno 1377.  
sepultus ibidem in Dominicanorum Cœnobio.

## IX.

Henricus Sorenborn Elbingensis, Caroli IV. Legatus  
uenionem ad Papam Gregorium XI. à quo & Episcopatu  
tum impetrauit. Heilsbergam, Reselam & Seeburgum  
ces incoatas absoluit. Mortuus Heilsberge 1401. 11. Janu

## X.

Henricus Heilsberg à Vogelfanck, J. V. D. Canonicus  
Frauenburgi, putatus veneno à Magno Magistro sub  
tus, obiit 1414. ineunte Junio, sepultus Frauenburgi.

## XI.

Joannes Abzieher Toronensis, J. V. D. Præpositus  
Canonicus Frauenburgicus, Auditor Rota in Concilio  
Constantiensi, vbi simul Collegii electio ab Archiepiscopo  
po Rigenfi confirmata est. Mortuus Heilsberge  
1424. 11. Febr. sepultus Frauenburgi.

## XII.

Franciscus Kueschmaltz de Ressel J. V. D. Præpositus  
& Canonicus Frauenburgicus, qui nec minima causa  
rebellionis totius Borussia contra ordinem, ob quod  
iam à populo in exilium pulsus est. Mortuus est Vvartenburgi  
viz anno 1457. 10. Junii, vbi etiam sepultus.

## XIII.

Æneas Syluius, Italus Senis oriundus, qui antequam  
Episcopus

Episcopus inauguraretur, Papa renunciatus est ann. 1450.  
Pius II. dictus

XIV.

Paulus à Lehendorff, Nobilis Borussus, Canonicus  
Frauenburgi, veneno à Magni Magistris tubicine necatus,  
vel, vt alii tradunt, peste extinctus est Braunsbergæ, anno  
1467. vbi & sepultus. Interferuntur aliàs & alii duo Vit-  
centinus Kellebaza Polonus, & Albertus Opperovvski,  
qui quidem suffragia adepti, ad vsumfructum tamen Epi-  
scopatus admissi non sunt.

XV.

Nicolaus à Tungen ex pago territorii Vormbdenensis,  
qui vi Episcopatum Rege ipso Polonia inuito inuasit.  
Mortuus Heilsbergæ 14. Febr. anno 1489. Frauenburgi  
& Episcopus sepultus.

XVI.

Lucas Vveisseltrot, aliàs ab Allen, vrbe Totonii oriun-  
tus. Ibidem mortuus non absq; suspitione veneni, anno  
1491. Die Dominica Judica, Frauenburgi sepultus.

XVII.

Fabianus à Lusian, Nobilis ex territorio Refellensi, J.  
V. D. Canonicus Frauenburgicus, mortuus Heilsbergæ  
anno 1523, vlcimo Januarii Frauenburgi sepultus.

XVIII.

Martinus Ferberus Dantiscanus, mortuus 1527. 1. Ju-  
lii, sepultus Frauenburgi.

XIX.

Joannes à Curiis, aliàs Flachsbinde nominatus, Dan-  
tiscanus, antea Culmensis Episcopus, factus est Vvarmi-  
ensis anno 1537. Mortuus vero anno 1547. 1. Julii.

XX.

Tiedemannus Giele Dantiscanus, Culmensis prius E-  
piscopus, post Vvarmiensis factus anno 1549. Mortuus  
1550. 24. Octobr.

XXI.

Stanislaus Hofius Cracouiensis, antea Culmensis, Vvar-


mienſis poſtea Epiſcopus creatus anno 1551. Cardinalis  
deinde electus & Præſes Concili Tridentini: Mortuus  
Italia anno 1579. 5. Auguſti. Sepultus Romæ in Baſilica  
S. Mariæ Tranſtyberinæ.

## XXII

Martinus Cromerus de Brierz, J. V. D. & rerum Pol  
nicarum Scriptor, Canonicus Cracouiſis & Fran  
burgicus Epiſcopatus coadiutor. Mortuus anno 1599.

## XXIII.

Andreas Bathorius Cardinalis, Regis Stephani ex  
tre nepos.



## CULMENSES E PISCOPI.

**A**Nno 1214. converſus ad fidem Chriſtianam Boru  
ſus nomine Surbauno, in Baptiſmate Paulus nomi  
natus, primo Boruſſiæ Epiſcopo Chriſtiano, regionem  
Libauiam; item alius Boruſſus Vvarpodâ, in Baptiſmate  
Philippus nominatus, terram Luſaniam eodem anno de  
nauit & exhibuit. Anno autem 1222. Conradus Dux Mo  
ſouia, & Epiſcopus Plolzcouiſis, omnia bona, qua  
ditione Culmenſi poſſidebât, eidem Chriſtiano attribue  
runt, à quo poſtea ad Ordinem Teutonicum traducta  
que addicta ſunt. Anno 1243. miſſus à Papa Innocentio  
IV. à latere in Boruſſia legatus VWilhelmus Epiſcopus  
Mutinenſis quatuor ordinauit Epiſcopatus: & ſic Chriſti  
ſtianus hic, Culmenſis Epiſcopus primus numeratur.

## I.

Chriſtianus Monachus Ciſterciſis, primus Boruſſi  
rum Epiſcopus, Marioburgi ſepultus.

## II.

Henricus, vel Heidenricus, Dominicanus, Baſilica  
Culmenſiæ erexit. Mortuus anno 1254. 1. Julii.